SIGISMVNDVS

Tertius Dei Gratia REX Poloniæ Magnus Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Livoniæ necnon Regni Sueciæ proximus Hæres et futurus REX. Significamus præsentibus
lris nostris, quorum interest vniuersis et singulis. Citatum fuisse ad nos et judicium nostrum lris citonis nostræ Famat. Joannem Goldszmits, de omnibus bonis illius Ad instantiam Famatorum
Seniorum ac totius congregationis Pannicidarum Cracovien. proco. Quia ille contra jura et Privilegia Præfatorum Actorum Decretis Antecessorum nostrorum firmata, ausus est sub hoc tempe
in negociationem eorundem Actorum sese ingerere Pannosque varij generis non tantum staminibus, verum et vlnatim vendere, et ea in parte Actoribus præiudicare. Quemadmodum citatio
præfata Taxam quatuor Millium florenorum Polonic. in se continens de præmissis latius disponit. In termino itaque hodierno judicij Relationum nostrarum propriarum ex eadem citone
et receptione causæ ad Nos per Assessores judicij nostri facta, inciden. et huc usque continuato Partibus præfatis Actorum per Spectabilem Joachimum Czepielowski Consulem, et per Nobilem Ca-
sparum Okorowski Notarium Syndicum Cracovien. Citata vero per Nobilem Joannem Sosalopski plenipotentes suos coram nobis comparen. eorumque terminum citonis iudiciali attentum. Et actorum
ex sua citone proponen. proponensque suam infrascriptis documentis confirmante Primum Privilegio Ducis Boleslai nonis junij Anno Millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo dato
quo continetur fundatio Pannicidiorum Crac. ex certis censibus Regalibus. Deinde Privilegio Ser. Regis Casimiri Crac. Dominica ante festum Sancti Galli Anno Millesimo trecentesimo
quadragesimo secundo dato quo continetur ius depositionis panni, ne vel quisque stamina pannorum vendat ad incidendum nisi Pannicidæ. Item plebiscito Civitatis Anno Millesimo trecentesimo
septuagesimo quinto, quo etiam de depositione pannorum sub pannicidijs cautum est. Item Privilegio Regis Casimiri in Anno Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo dato, quo
cautum est, ne quisque hospes et externus extra Nundinas in Civitate negocietur sub gravissimis pœnis et mercium amissione. Quæ omnia actoribus per nos speciali diplomate
confirmata sunt. Item decreto Serenissimi Regis Stephani in Anno Millesimo quingentesimo octogesimo tertio, inter eosdem Pannicidas et sartores lato, quo itidem cautum est, ne quisque extra-
neus contra iura et Privilegia Pannicidarum in testudinibus et domibus privatis pannos vlnatim incidat. Postremo aliquot decretis officij Consularis Crac. contra diuersas personas
diuersis temporibus, et recens contra eum ipsum Citatum latis, ex quibus appareat vsus continuus, eorum omnium, quæ in Privilegijs prædictis continentur. Petentesque se circa eadem
iura et Privilegia conseruari. Contra citato lras a nobis obtentas, quo eidem pannorum aliorumque mercium venditionem et incisionem vbique post curiam nostram concessimus producen-
tarumque virtute se omnia facere responden. NOS CUM Consiliarijs lateri nostro assiden. literis et Privilegijs vtriusque partis lectis et examinatis, eoque attento, quod actores privi-
legijs suis vsu firmatis, priores sunt lris per Citatum impetratis, ideo eosdem actores iure quoque præ citato potiores esse adinvenimus, eosque in toto circa iura et Privilegia præfata conseruamus,
lras vero Citati quoad praesentiam nostram Cracoviæ retractamus, et antiquamus, eas tamen, quoad alia loca et Civitates minus privilegiatas, in robore conseruamus decernen. non posse nec
debere citatum pannos tam staminibus vendere quam vlnatim incidere vel sese instar aliorum extraneorum iuxta privilegia et decreta Pannicidarum conseruare sub pœnis privilegijs et decretis
prædictis descriptis praesentis decreti nostri rigore. In cuius rei fidem et testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Cracoviæ feria secunda ante festum Sancti [illegible]

S I G I S M V N D V S

Tertius Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lituaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniae necnon Regni Sueciae proximus Haeres et futurus Rex. Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis. Citatum fuisse ad nos et iudicium nostrum litteris citationis nostrae Famatum Ioannem Goldsmits, de omnibus bonis illius Ad instantiam Famatorum seniorum ac totius congregationis Pannicidarum Cracovien. proco, Quia ille contra iura et Privilegia praefatorum Actorum Decretis Antecessorum nostrorum firmata, ausus est sub hoc tempore in negociationem eorundem Actorum sese ingerere Pannosque varii generis non tantum staminibus, verum et ulnatim vendere, et ea in parte Actoribus praeiudicare. Quemadmodum citatio praefata Taxam quatuor Millium florenorum Polonicorum in se continens de praemissis latius disponit. In termino itaque hodierno iudicii Relationum nostrarum propriarum ex eadem citatione et receptione causa ad Nos per Assessores iudicii nostri facta, inciden. et hucusque continuato Partibus praefatis Actorum per Spectabilem Ioachimum Czieplowski Consulem, et per Nobilem Casparum Okurowski Notarium Syndicum Cracovien. Citata vero per Nobilem Ioannem Sosalapski plenipotentes suos comparentibus, cumque terminum citationis videatur attentari. Et actores ex sua citatione propositam proponentesque suam infrascriptis documentis confirmantes. Primum Privilegio Ducis Boleslai nonis iunii Anno Millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo dato quo continetur fundatio Pannicidarum Crac. ex certis censibus Regalibus. Deinde Privilegio Serenissimi Regis Casimiri Crac. Dominica ante festum Sancti Galli Anno Millesimo Trecentesimo quadragesimo secundo dato quo continetur ius depositionis panni, ne vero quisque stamina panni vendat ad inciden. nisi Pannicidae. Item plebiscito Civitatis Anno Millesimo Trecentesimo septuagesimo quinto, quo etiam de depositione pannorum sub pannicidiis cautum est. Item Privilegio Regis Casimiri in Anno Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo dato quo cautum est, ne quisque hospes et Externus extra Nundinas in Civitate negocietur sub gravissimis poenis et mercium amissione. Quae omnia actoribus per nos speciali diplomate confirmata sunt. Item decreto Serenissimi Regis Stephani in Anno Millesimo quingentesimo octogesimo tertio inter eosdem Pannicidas et sartores lato, quo etiam cautum est, ne quisque extraneus contra iura et Privilegia Pannicidarum in testrinibus et domibus privatis pannos ulnatim vendat. Postremo aliquot decretis officii Consularis Crac. contra diversas personas diversis temporibus, et recens contra eum ipsum Citatum latis, ex quibus apparebat usus continuus, eorum omnium, quae in Privilegiis praedictis continentur. Petentesque se circa eadem iura et Privilegia conservari. Contra citato litteras a nobis obtentas, quo eadem pannorum aliarumque mercium venditionem et incisionem ubique post curiam nostram concessimus producente earumque virtute se omnia facere responden. Nos cum Consiliariis lateri nostro assiden. lateris et Privilegiis utriusque partis lectis et examinatis, eoque attento, quod actores privilegiis suis usu firmatis, priores sunt litteris per Citatum impetratis, ideo eosdem actores iure quoque prae citato potiores esse adinvenimus, eosque in toto circa iura et Privilegia praefata conservamus, litteras vero Citati quoad praesentiam urbem Cracoviae retractamus, et antiquamus, eas tamen, quoad alia loca et Civitates minus privilegiatas, in robore conservamus decernen. non posse nec debere citatum pannos tam staminibus vendere quam ulnatim inciden. sed sese instar aliorum extraneorum iuxta privilegia et decreta Pannicidarum conservare sub poenis privilegiis et decretis praedictis descriptis praesentis decreti nostri rigore. In cuius rei fidem et testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae feria secunda ante festum Sanctae Margaretae Virginis proxima Anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo Nono Regni vero nostri anno Quarto.

Ioan. Tharnowski
R. P. Vicecancellarius

Ad relationem Reverendi Ioannis Tarnowski Crac. Vladisl. Pannic. Praepositi R. P. Vicecancellarii

P. Sczerbius



S I G I S M V N D V S

Tertius Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniae necnon Regni Sueciae proximus Haeres et futurus Rex. Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis. Citatum fuisse ad nos et judicium nostrum literis citationis nostrae Famat. Joannem Goldsmits de omnibus bonis illius Ad instantiam Famatorum Seniorum ac totius congregationis Pannicidarum Cracovien. proco, quia ille contra jura et Privilegia ipsorum Actorum Decretis Antecessorum nostrorum firmata, ausus est sub hoc tempore in negociationem eorundem Actorum se se ingerere Pannosque varii generis non tantum staminibus, verum et ulnatim vendere, et ea in parte Actoribus praeiudicare. Quemadmodum citatio praefata taxam quatuor Millium florenorum Polonicorum in se continens de praemissis latius disponit. In termino itaque hodierno judicii Relationum nostrorum propriae ex eadem citatione et receptione causa ad Nos per Assessores judicii nostri facta meriden. et huiusque continuato Partibus praefatis Actora per Spectabilem Joachimum Czieplowski Consulem, et per Nobilem Casparum Okorowski Prolxta Syndicum Cracovien. Citata vero per Nobilem Joannem Sosalapski plenipotes suos comparentibus eunique terminum citationis videlicet attentam. Et actora ex sua citatione proponen. proponensque suam infrascriptis documentis confirmans Primum Privilegio Ducis Boleslai Nonis junii Anno Millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo dato quo continetur fundatio Pannicidiorum Crac. ex certis censibus Regalibus. Deinde Privilegio Ser. Regis Casimiri Crac. Dominica ante festum Sancti Galli Anno Millesimo Trecentesimo quadragesimo secundo dato quo continetur ius depositionis panni, ne vero quisque stamina pannorum vendat ad mercedem nisi Pannicidae. Item plebiscito Civitatis Anno Millesimo Trecentesimo septuagesimo quinto, quo etiam de depositione pannorum sub pannicidijs cautum est. Item Privilegio Regis Casimiri in Anno Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo dato quo cautum est, ne quisque hospes et Externus extra Nundinas in Civitate negocietur sub gravissimis paenis et mercium amissione. Quae omnia actoribus per nos speciali diplomate confirmata sunt. Item decreto Serenissimi Regis Stephani in Anno Millesimo quingentesimo octogesimo Tertio inter eosdem Pannicidas et sartores lato, quo etiam cautum est ne quisque extraneus contra iura et Privilegia Pannicidarum in testudinibus et domibus privatis pannos ulnatim vendat. Postremo aliquot decretis officii Consularis Crac. contra diversas personas diversis temporibus, et recens contra eum ipsum Citatum latis, ex quibus appareat usus continuus eorum omnium, quae in Privilegijs praedictis continentur. Petentesque se circa eadem iura et Privilegia conservari. Contra citato literas a nobis obtentas, quo eadem pannorum aliorumque mercium venditionem et incisionem ubique post curiam nostram concessimus producentem earumque virtute se omnia facere respondente. Nos cum Consiliarijs tunc nostro assidentibus literis et Privilegijs utriusque partis lectis et examinatis, eoque attento, quod actores privilegijs suis usu firmatis, priores sunt literis per Citatum impetratis, ideo eosdem actores iure quoque prae citato potiores esse adinvenimus, eosque in toto circa iura et Privilegia praefata conservamus, literas vero Citati quoad privatum urbem Cracoviae retractamus, et antiquamus, eas tamen quoad alia loca et Civitates minus privilegiatas, in robore conservamus decernentes non posse nec debere citatum pannos tam staminibus vendere quam ulnatim incidere et sese instar aliorum extraneorum iuxta privilegia et decreta Pannicidarum conservare sub paenis privilegijs et decretis praedictis descriptis praesentis decreti nostri vigore. In cuius rei fidem et testimonium sigillum nostrum praesentibus Subappensum. Datum Cracoviae feria secunda ante festum Sancti



[illegible]

[illegible]

IX.